



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 16. Fovetur molitio contra Constantinopolim.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV. *via lata* præcipientes, ut te in Suffraganeum illius inaugurent. Et largimur tibi tuisque successoribus Episcopis omnes gratias, quas nuper contulimus Ordinibus tuis Fratribus, qui Saracenos aliosque ethnicos adeunt. Dabat Pictavi 23 Julii anno 1307.

§. XVI.

Fovetur molitio contra Constantinopolim.

Inter vias recuperandæ Palæstinæ Papa Clemens numerabat semper Caroli Valesii molimen in Constantinopolim. Hic enim Princeps anno priore Lugdunum venerat, cum ille coronaretur: & ibi consilium oppugnandæ illius urbis, quod Carolus sub pontificatu Benedicti XI susceperat, ita tractatum fuit, ut Papa eum magnopere animaret ad hanc expeditionem bellicam, & hujus gratia multas ederet litteras. Hoc anno 1307 ad Archiepiscopum Ravennatem, & cunctos Æmiliæ Episcopos scripsit se velle hunc in finem classicum sacrum cum Christianis omnibus utriusque Siciliæ, Romandiolæ, Marchiæ Anconitanæ, ac territorii Veneti: reique curam per Æmiliam seu Romandiolam his injunctis Præsulibus. Dabat has litteras 14 Martii;

Sup. lib. 90.

§. 42.

Rayn. 1306.
n. 2.

Rayn. n. 6.
Ducange
hist. C. P.
p. 225.

tii; & sine dubio similes in reliquis mi-
 sit provincias. Deinde 3 Junii promul-
 gandas Pictavii curavit litteras, per quas
 execratione devinctum denunciabat An-
 dronicum Palæologum tanquam fauto-
 rem schismatis Græcorum; & cunctis
 Regibus, Principibus, urbibus, collegiis,
 & privatis hominibus, quicumque demum
 essent, sub anathematis pœna interdice-
 bat, ne cum illo foedus sancirent aliquod,
 neu sua illum opera vel consilio adju-
 varent.

Sæculi XIV.
 A. C. 1307.

n. 7.

Archiepiscopus Ravennas, cujus
 mentionem supra fecimus, erat Raynal-
 dus Concoregius Mediolanensis: qui
 primum Canonicus Laudensis fuerat, a
 Bonifacio VIII in Galliam missus ad con-
 ciliandam pacem inter Gallos & Anglos.
 Tum per eundem Papam evasit Episco-
 pus Viennensis. At post septem annos,
 cum Opizon a S. Vitale Archiepiscopus
 Ravennas anno 1303 obiisset, Canoni-
 cis duas in partes discedentibus Papa
 Benedictus XI Raynaldum Leonardo
 Fiesco ipsius competitori prætulit. No-
 vus Antistes Ecclesiam suam magno fer-
 vore ac pietate rexit; & instaurandæ
 disciplinæ gratia plura concilia provin-
 cialia habuit; & unum quidem hoc ipso
 anno 1307.

Ughell. to. 2.
 p. 285.

Ferrar. cata-
 log. 18. Aug.

Ughell. to. 5.
 p. 1136.

to. 11. Conc.
 p. 1500.